

SCRIPTA

Numéro Scripta : 275

Autre(s) référence(s) : Tabuteau 279 / ARTEM 2842

Auteur(s) : Guillaume fils Osbern, Hereford (comte)

Bénéficiaire(s) : La Vieille-Lyre, Notre-Dame de Lyre (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : douteux

Datation : ...1070...

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Seconde dotation de Lyre par Guillaume fils Osbern.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa, t. XI*, Paris, Palmé, 1874, Instr. Eccl. Ebr., n° II, col. 122-123.
- b. Guéry Charles-Arthur (Abbé), *Histoire de l'abbaye de Lyre*, Évreux, Imprimerie de l'Eure, 1917, p. 567-569, n° 2.

Indications

Bauduin Pierre, *Autour de la dos d'Adelize de Tosny : mariage et contrôle du territoire en Normandie (XIe-XIIe siècles)*, dans *Les pouvoirs locaux dans la France du centre et de l'ouest (VIIIe-XIe siècles)*, implantation et moyens d'action, Barthélémy Dominique, Bruand Olivier, Rennes, Presses universitaires de Rennes, 2004, p. 157-173, p. 161-162.

Dissertation critique

L'acte est probablement un faux du milieu du XIIe siècle. Cf. ARTEM n° 2843*.

Texte établi d'après a

Willelmus Osberni filius, comes Herfordiæ, omnibus hominibus suis Francis, et Anglis, et Walensibus, et omnibus sanctæ matris ecclesia fidelibus, salutem. Sciatis me donasse et concessisse, et in perpetuam eleemosynam confirmasse Deo et beatæ Mariæ Liræ, et monachis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ meæ et antecessorum meorum, totam villam quæ dicitur Vetus Lira, in qua a me abbatia constructa est, quem tenebam in dominio, et duo molendina in eadem villa, quartam partem Novæ Liræ, et molendina ejusdem villæ, et molendinum Taneret, et totam aquam ab Nova Lira usque ad Calet, et totam decimam partem forestæ Britolii, et decimas septimanas Britolii, Liræ, Pacei et Glotis, et Pontis sancti Petri, ecclesias Britolii cum feudo Walonis, ecclesias Glotis, ecclesias de utraque Lira, ecclesiam S. Andreæ de Barra, ecclesiam de Cornuil, ecclesiam de Candaminel, ecclesiam de Boterellis, ecclesiam de Noerio, ecclesiam de Aluernaio : præterea dotem comitissæ Adeliciæ, scilicet Tririaeum cum molendino, et marnerias, et Ribramont. In episcopatu Rothomagensi scanna comitis, ecclesias Pontis sancti Petri, scilicet S. Nicolai, S. Georgii et S. Crispini, cum appenditiis suis, et redicimam de valle Pistris.

In Anglia in episcopatu Wintoniensi, in ipsa civitate duos burgenses, ecclesiam de Claffort cum appenditiis suis ; in Hantton novem libras et quinque solidos, et unum burgensem, ecclesiam S. Johannis, ecclesiam de Caresbroc cum appenditiis suis, et totam decimam de dominio de Booliub, ecclesiam Arreton, et totam decimam de dominio ejusdem villæ, et de Hascleia, et de Louecumba, et de Candetba, ecclesiam de Fresquewarre, et totam decimam de dominio ecclesiam de Godeshulle cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam de Wipingushan, ecclesiam de Neucherche, ecclesiam de Neuton cum appenditiis suis. In episcopatu Herfordiensi, in ipsa villa duodecim libras et unum burgensem, ecclesiam de Tedeham, cum appenditiis suis, ecclesiam de Ledencia, ecclesiam de Linton, ecclesiam de Wilton, ecclesiam de Merchelai cum appenditiis suis, ecclesiam de Weustaurde, totam decimam de dominio de Dura, ecclesiam de Werles-luna, ecclesiam de Tametel, cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam de Hopa cum appenditiis suis, totam decimam de dominio de Pulton, et totam decimam de toto dominio de Kingescapel, et decimam de toto dominio de Credehell, et decimam de dominio de Kinlet, et unum hominem cum terra sua, et totam decimam de dominio de Stanford, et unum hominem cum una virgata terræ, totam decimam de dominio de Torneb, et unum hominem cum una virgata terræ, et totam decimam de dominio de Logordin, et unum hominem cum una virgata terræ. In episcopatu Landavensi manerium de Lonkywan, et totam decimam totius forestæ de Grossomonte, et medietatem totius decimæ telonei de Strigolio, et medietatem totius decimæ quæ est inter Waiam et Oseham, scilicet vaccarum, porcorum, nummorum, piscium, segetum et mellis. In episcopatu Wigorniensi ecclesiam de Hanleia cum appenditiis suis, et decimam forestæ Malumnie præter venationem, et decimam totius dominii de Culmell, et unum hominem cum una virgata terræ, et decimam totius dominii de Hisseleia, et decimam totius dominii de Fortelinton, et unum hominem cum una virgata terræ, et decimam totius dominii Edrefeld, et unum hominem cum una virgata terræ, ecclesiam de Fechham cum appenditiis suis, et unam carrucatam terræ, ecclesiam de Chedeworde cum appenditiis suis. In villa de Avurton decimam totius dominii, et unum hominem cum terra sua, et decimam totius dominii de Flamested. In villa Glocestriæ duos burgenses et unum pratum. In episcopatu Sarisburiæ ecclesiam de Bastenden cum appenditiis suis, ecclesiam de Mamested, ecclesiam de Senigefeld, et ecclesiam de Sorefeld. Præterea ecclesiam de Gutteriis, ecclesiam de Morenvilla, et ecclesiam de Paceio cum appenditiis suis. Hæc omnia supra dicta dedi et concessi prædictæ abbatiæ et monachis in ea Deo servientibus, in perpetuam et liberam eleemosynam, pro salute animæ meæ. His testibus, Lanfranco venerabili archiepisc. Willelmo Ebroicensi episcopo, Rogerio de Montgomeri, Walterio de Lacé, Tustino filio Rou, Hugone Asino, et multis aliis.